



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

XIV. Iac. Sadol. Episc. Carpent. Hippolyto Medici S.R.E. Cardinali, S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

vt tertium hunc quoque cuius nos in regno viuimus, flagrantem studio Christianæ pietatis contra hæreticos tutandæ & protegendæ, in amicitiam & gratiam possit restituere: non metuo, quin clarius in cælo sibi monumentum seruata religionis, quam in terra deuictarum gentium sint constituturi. Sed ego forsall studio inani feror, atque ea curo quæ minus ad me pertinet. Quæ etsi in studiis & voluntatibus omnium communia sunt, in potestate tamen paucorum sunt posita. Quid ergo: nõne mihi licitum est optare, vt pauci illi qui possint, etiam uelint conuolte Reipublicæ: Quamquam vt dixi, de optima mente principum istorum dubium mihi non est. Res forsitan impeditiores sunt, & durior ac difficilior earum rectè tractandarum ratio. Recordor enim quam sæpè cum ipse quoq; interessem rebus agendis, optima hominum consilia, grauis Reip. fortuna interrupit. Sed tamen vt ex instituto hoc sermone honestius abeamus, Deum supplices precemur, vt quod humana vis nequit, ipse sua clementia & ineluctabili potentia uelit prouidere. De te autem ipso, Carpegi optime, atque humanissime, illud quidem mihi peritissimum habeo, quod tuæ est nature & bonitati imprimis consentaneum, eos qui te coluerunt semper & amaauerunt, nequaquam tuo et animo elapsos esse: neque vllam esse posse tam diuturnam obliuisciam, quæ te obliuisci veterum amicorum cogat. In quibus ego si principem locum appeto & diligendi tui, & ample atque honorificè de tua uirtute existimandi: haud sanè mirum uideri debet. Sed tamen meas esse duxi partes, redigere tibi in memoriam, me eodem animo & obseruantia erga te esse, qua semper fuerim: & simul hanc voluptatem scribendi ad te, & tecum per literas quasi colloquendi, capere properaui. Quia quoniam diu mihi carendum fuit, dici non potest, quam fuerim sæpè angore quodam animi sollicitus: cum tua in longinquis partibus commoratio, tecum hoc mihi commercium literarum adimeret. Nunc posteaquam es reuersus (quod tibi benè prospereq; ut eueniat opto) renouabo, si tibi non fuerit molestum, hoc officium scribendi: teq; interdum meis literis appellabo. Tu quod proprium est constantiæ & uirtutis tuæ, me, quem in fide tua semper habuisti, vt perpetuò tuare ac diligas, te etiam atque etiam uehementer rogo. Vale, Carpent. XII. Calend. Feb. M. D. XXXIII.

XIV.

IAC. SADOL. EPISC. CARPENT.
Hippolyto Medici S. R. E. Cardinali, S. P. D.

CVM ad me Roma scriptum esset, te viro optimo & homini prudentissimo, mihiq; vetere amicitia coniunctissimo, A. 1700

tuo Pulleoni Burgio in magnis ipsius rei familiaris angustiis,
 tua ope & liberalitate auxilium tulisse, largoq; illum congiario
 profectum esse, quo is nobiles filias, quibus dotem aliter con-
 ferre non poterat, honestè atq; ex suæ dignitate familiæ nupti-
 diae equidem copiam animi lætitiâ quam debui, plurimum-
 que ambobus vobis abiens sum gratulatus. Quod cum vtrum-
 que singulariter amem, te verò præterea obferum etiam atque
 colam: eadem tua benignitate & illum leuatam onere atque
 incommodo, & te gloria ac laude auctum esse cognoui. Etenim
 ea demum vera liberalitatis est laus, cum in illos confertur be-
 neficium, qui sua dignitate donantis nomen illustrant. Ac quod
 ad illius virtutes attinet, exponerem libenter, quibus ille de cau-
 sis & tuo & omnium amore dignus sit (quid est enim illius pru-
 dentia, quid temperantia, quid integritate, fideq; spectatius?) sed
 quoniam tu horum illi ornamentorum præcipuus testis es, quip-
 pe qui cum non iudicio solum tuo, quod à tanto viro satis ma-
 gni estimari debuit, sed opibus etiam tuis, & copiis, virtutis cau-
 sa decoratissimè superfedo hoc onere, de illo narrandi ac prædican-
 di curâ sentio, & ad te vnum conuertat: qui mihi visus es hoc præ-
 clarò factò admonuisse ceteros, & docuisse, nihil esse tam pro-
 prium præstantis eximiaque virtutis quam aliorum & fouere &
 honorare virtutem. In quo magna mehercule nature vis, & im-
 primis mirabile consilium extitit. Quæ cum duo virtutis genera
 constituisset, vt vna esset virtus ad iuuandum & commodan-
 dum se impariens, altera idonea cui commodaretur: ita hunc
 complexum præclare societatis iugatum inter se & annexum ef-
 fe voluit, vt altera sine altera suum explere munus ritè nequeat
 nec quisquam habere laudem rectè faciendi possit, nisi in quo
 scilicet sit, hoc sit munere & beneficentia dignus. Præbuit igitur
 tibi Pulleo noster facultatem ex tua eximia virtute agendi, quod
 suo ipse meritis ac virtutibus magnitudinem animi tui promo-
 uerit. Ille tibi à tua inuente ætate, egregia cum fide & bene-
 uolentia deseruit, tuosque teneriores annos aluit instituit que
 ad virtutem: vt tu nunc vir effectus, erga optimum virum, qui
 paratis tibi loco fuisset, pietatis officia usurpares. In maximis
 rebus summo omnium principum patruo tuo, operam illi & diu-
 titiam & valde villem nauauit: vt tu tunc illius industria & inte-
 gritate muneribus honestanda, & acuti in pendendis homini-
 bus, & propensi in adiuuandis famam & gloriam tibi compara-
 res. Difficultates ille domesticorum incommodorum, patienti-
 ter, paupertatis, nec sine dignitate, & cum modestia diu tulit:
 vt tu in eo subleuando nunc ac recreando, insignem liberalitatis
 ac magnanimitatis laudem consequerere. Ita in hac veluti al-
 ternis quo dammodo inter vos præcuracione virtutem, cum illa

ita separaret, atque excoleret, ut ad quamlibet magna pro-
 menda beneficia esset aptus: tu excelso & magno animo omnia
 merita tua liberalitate anreire contenderes: factum est id quod
 cuit, ut tua tamen virtus existeret superior. Quantam enim inter-
 gem interest, & inter civem, tantum distat inter gloriam danti
 accipientis. Itaque Pulleonis prudentiam, probitatem, mod-
 estiam, amamus & collaudamus omnes: tuam vero largitatem,
 beneficentiam, altitudinem animi summopere etiam admi-
 mur. Tu enim hac tempestate vnus, aut certe cum paucissimis
 opum & diuitiarum instrumento, quae tibi pro loco, pro nobilitate,
 pro familiae tuae gloria sunt amplissima, non ad exploranda
 auaritia studia, quae semper infinita esse solent: sed ad effundenda
 tuam bonitatem in plurimorum commoda & emolumenta
 vteris. Tu talem iam te, annis penè adhuc adolecentibus,
 nobis & Reipub. praestas: quales ferè si essent hi, qui magno
 sepe aetate, & multo vsu rerum, honoribus & muneribus publicis
 praeficiuntur, splendere melius hoc seculum omni cetera fortis
 auaritia cerneremus. Quae maximè vna, altis & praestantibus
 animis atque consiliis infecta atque inimica est. Quae facit, ut digni-
 tatis, & honestatis, & amplitudinis, aut nullam iam, aut
 quam exiguam partem teneamus. Cuius quando labis macula
 tu & natura tua voluntateq; abhorres, & contrario amore
 virtutis & liberalitatis es incensus, illaque species & forma diuina
 pulchritudinis animo tuo illuxit: quid est cur dubitemus pro
 communi nunc sensu omnium te amantium loquor locutus
 te praesidia spei nostrae, rationemque publicae salutis ac dignita-
 tis in tua potissimum virtute constitutam habere: cum quidam
 expectandum firmioribus aetatis tuae annis à nobis sit, oblectibus
 magnis iam edocti sumus. Fortitudine tua superiore anno ad-
 uersus ferocissimos nostrae religionis hostes, & nunc benignitate
 ac beneficentia erga de te meritos. Quorum vtrumque cum in
 ipso extremae adolecentiae tuae tempore tanta cum laude glo-
 riaeque praestiteris, certissima spe sumus, percepturos nos videri-
 mam frugem ex matura postea tuae virtutis legere. Quod vix
 sit, idque nostra ex sententia eueniat, & ex tua dignitate, salu-
 que te, & magnum, & florentem diu videamus, ego cum Deo
 immortalem supplicem rogo atque oro, tum tibi pro ista tua tanta
 humanitate ac liberalitate, & meo, & Pulleonis nomine, ag-
 gratias tuarumque praestantissimae virtuti, ac tam egregiae com-
 memorandaeque naturae, vehementer atque ex animo gra-
 tulator. Vale. M. D. XXXIII.